

# Carmina XXXI e XLVI

Analisi strutturale di Stefano Quaglia

## Carmen XLVI

*Iam ver egelidos refert tepores,  
iam caeli furor aequinoctialis  
iucundis Zephyri silescit auris.  
Linguantur Phrygii, Catulle, campi  
Nicaeaeque ager uber aestuosae:  
ad claras Asiae volemus urbes.  
Iam mens praetrepidans avet vagari,  
iam laeti studio pedes vigescunt.  
O dulces comitum valete coetus,  
longe quos simul a domo profectos  
diversae variae viae reportant!*

## Carmen XLVI

*iam* ver egelidos *refert* tepores,  
*iam* caeli *furor* aequinoctialis  
*iucundis* Zephyri *silescit* auris.

---

*Linguantur* Phrygii, Catulle, *campi*  
Nicaeaeque *ager* uber aestuosae:  
*ad* claras Asiae *volemus* *urbes*.

---

*iam* *mens* praetrepidans *avet* *vagari*,  
*iam* *laeti* studio *pedes* *vigescunt*.

---

O *dulces* comitum valete *coetus*,  
longe quos *simul* a domo profectos  
*diversae* *variae* *viae* *reportant*!

## Carmen XXXI

*Paene insularum, Sirmio, insularumque  
ocelle, quascumque in liquentibus stagnis  
marique vasto fert uterque Neptunus,  
quam te libenter quamque laetus in viso,  
vix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos  
liquisse campos et videre te in tuto!*

*O quid solutis est beatius curis,  
cum mens onus reponit, ac peregrino  
labore fessi venimus larem ad nostrum  
desideratoque acquiescimus lecto?  
Hoc est quod unum est pro laboribus tantis.  
Salve, venusta Sirmio, atque ero gaude,  
gaudete vosque, o Lydiae lacus undae!  
Ridete, quidquid est domi cachinnorum!*

## B. Carmen XXXI

Paene *insularum*, *Sirmio*, *insularumque*  
*ocelle*, quascumque in liquentibus *stagnis*  
*marique* vasto fert *uterque Neptunus*,  
-----  
*quam* te libenter *quamque* laetus *inviso*,  
vix mi ipse credens *Thyniam* atque *Bithynos*  
*liquisse campos* et *videre* te in tuto!

---

O quid *solutis* est beatius *curis*,  
cum *mens onus reponit*, ac *peregrino*  
*labore* fessi *venimus* larem ad nostrum  
desideratoque *acquiescimus* lecto?  
Hoc est quod *unum* est pro *laboribus* tantis.

---

Salve, *venusta Sirmio*, atque *ero* gaude,  
gaudete vosque, o *Lydiae* lacus undae!  
Ridete, quidquid est *domi* cachinnorum!